

Quamquam communi scribentium præcepto] Docet auctor hujus vulneris chirurgiam, quæ ratio est Galeni, Aëtij, Pauli, Guidonis. Etenim sinus qui deorsum vergit; aut ad latus declinat, vel intrò fertur: si inquam illi situm dare non possis, quo liberè sanies effluat, nihil promovebis unquam, si-ve carnem generare, si-ve glutinare velis, nisi prius collectioni purulentæ effluxum molitus fueris, nempe factò, ut auctor docet, in imo sinus vulnere, vel tota cavitate dissecta. Verùm adnotandum est, non semper hanc chirurgiam locum habere: quando videlicet plaga in sinuoso ulcere fieri non possit, nec commodè disseccari: atqui tunc recurrendum est ad detergentia, ut Galeni exemplo docemur secundo ad Glauconem, quo loco melicrato utitur Galenus, nunc vino cum eo.

## DE ULCERIBUS

capitis quæ aut ex tumore scirrhuso nascuntur, aut ex morbo gallico cum ossis corruptione.

## CAP. VIII.

**V**Lcera capitis, quæ maxima ex parte fiunt ex tumoribus scirrhusis morbi gallici causa subortis, super ipsum pericranium consistunt: cui quoniam est nervosum, & minij sensus, & cum dura  
me-

meny  
perm  
seu a  
sentu  
sus si  
exter  
tione  
que c  
apost  
endu  
ruptu  
cilè c  
aspe  
peric  
enim  
ipsum  
temp  
fieri c  
oport  
apost  
dum  
form  
lichin  
subac  
comp  
suppe  
tectu  
ment  
rosac  
toqu  
tio f

menynge copulatum, dolores inferunt permagnos. præterea ejusmodi tumores, seu apostemata cum circa cranium versentur, humorque ex quo pendent, crassus sit, frigidusque, ac gravis naturæ, extemplo corrumpit ipsum ante maturationem, & ubi pus est generatum. factòque deinde pure, aut sponte rumpi solet apostema, aut opera chirurgi est aperiendum. Curationis methodus si os corruptum fuerit, quod peritus artifex facile cognoscet, contactu solo, absque aspectu, ac per hoc quod pateat, sine pericranei detectione. Consentaneum enim est rationi, humore putri super os ipsum incumbenti, præsertim longo tempore, ut in ejusmodi fit malis, ejus fieri corruptionem. quod si ita habeat, oportet cranium manifestare, aperto apostemate crucis in modum, secundum ejus totam longitudinem: deinde formandum est ulcus suis linimentis, seu lichinis in albumine ovi & oleo rosaceo subactis, madentibus, ita ut fortis fiat compressio, ad hoc ut cranium, quod supponimus esse corruptum, maneat detectum. Altero die adhibeatur medicamentum maturans, ex vitello ovi & oleo rosaceo, cum modico croci: maturatioque ulcere, quod quatuor dierum spatium fiet, intendere oportet statim ad

cor-

corrupti ossis extractionem : quod ad  
 hunc modum efficiatur. Ponatur vitrioli  
 Romani usti pulvis super cranium cor-  
 ruptum omni ex parte : verum caveas  
 ne ulceris labra nimium attingat qua  
 parte caro est ; desuperque apponantur  
 linimenta sicca quæ totum ulcus re-  
 pleant , ne labra coire valeant , quæ vo-  
 lumus manere aperta , diductaque. pul-  
 veris hujus appositio fieri debet quoti-  
 die , quousque denigrari videatur cra-  
 nium : quo denigrato , procuranda est  
 ejus emollitio , ut promptè decidere  
 possit ; quod fiet optimè , si singulis  
 diebus linimenta ex oleo rosaceo cranio  
 admoveantur ipsi ; reliquum verò ulcus  
 linimentis aridis repleatur : ac super  
 omnia hæc unguentem basilicum in co-  
 rio extensum cooperiatur. Fient ista  
 quidem , donec os undique separari vi-  
 deatur, quod quidem deprehendes, si for-  
 piculis contrectatum , circum labra un-  
 dique sectum apparuerit. Hoc tempore  
 curari debet balsamo illo , quo tracta-  
 tione de vulneribus capitis usi sumus ,  
 inuncto osse pluma , seu calamo , in eo  
 ad ignem liquescenti intincto ; hoc  
 namque linimentum carnem producit  
 inter os corruptum , & sanum : qua in  
 medio crescenti paulatim os sublevari  
 solet. quocirca necessarium est , in eo  
 interim

inte  
 vall  
 hen  
 prel  
 lem  
 tur.  
 ti cu  
 ulce  
 sup  
 mij  
 nati  
 ratu  
 ut f  
 rupt  
 cras  
 de f  
 pulv  
 moc  
 ne h  
 ob i  
 sens  
 præ  
 R. J  
 in  
 conj  
 paul  
 mor  
 sicce  
 titat  
 rio a

interim temporis spatium, & suis intervallis, os illud ferramento aliquo prehensare, fortiter quidem, nam levis apprehensio non satis est, ob ejus difficilem separationem, donec foras egrediantur. Osse deinde egresso, ac perseveranti curatione, cum prædicto balsamo, & ulcere cum aridis linimentis pleno, ac de super appposito emplastro, ex gummi elemij, aut de minio, perfecta succedet sanatio. Verùm si præfatum ulcus inveteratum fuerit, & inscitia chirurgorum, ut sæpe usu venit, totum cranium corruptum sit, adeò, ut dura meninx, tum crassa materia, tum carne superflua, valde sordida sit; oportet ejusmodi ulcus pulvere Joannis Vigonis curare ad eum modum quo reliqua ulcera. Cæterùm ne hujusmodi pulvis dolorem inducat, ob id quod caput princeps sit, & multum sensus; expediet eum, sequenti ratione, præparare prius.

*Rx. Joannis Vigonis pulveris ℥ ij.*

*in mortario stanneo in quo aquæ rosacæ*

*℥ j.*

conjecta quoque sit: pistillo agitentur paulum, ac deinde effusa aqua statuatur mortarium ad ignem, donec pulvis desiccetur, iterumque æquabili aquæ quantitate injecta, ac cum pulvere in mortario agitata, effundatur aqua, & desicce-

G

tur

tur pulvis ad ignem, ut antea. Pulvis dictus admoveri potest menynge duræ, tutò admodum; atque hoc mundificabitur ad unguem. quod si fortè acciderit, quemadmodum sæpe contingit, ut intra cranium, & duram menynge, multum pus sit collectum, ob communionem mutuam, inter pus cranio insidens, & id quod per cranium corruptum, ad membranam accedit, quemadmodum ego vidi in quatuor ægrotantibus hominibus, oportet tunc eorum compressis naribus jubere ut cohibeant respirationem ter, quaterque singulis diebus, ut pus, illud foras egrediatur è duramenynge. atque ita fieri expertus sum cum fœlici successu, exhibito interim decocto ligni Indici secundum eam methodum quam mox dicemus capite de Morbo gallico.

## A N N O T A T I O.

*Si ulcera à vulneribus differunt, quòd hæc cruenta, recentiaque sint; illa diuturniora, magisq; purulenta; methodus curandi tantum differet, quanto ulcera vulneribus sunt magis humida: unde majori etiam desiccatione egent. verùm cum non nuda ulcera proponat auctor, sed composita; composita sunt tractanda methodo: si morbi gallici vitio oriuntur, in hepate*

pate et  
section  
humor  
dum;  
illud,  
tandem  
ut Gal  
Cu  
ptum  
spici po  
8. cap  
ocasio  
multi  
nunqua  
docuit  
princip  
petat l  
ex puri  
aliquot  
tenuius  
magnit  
Fractur  
Ope  
vene,  
alioqui  
doloroso  
si ea pa  
ulcus,  
gatur,  
demissis  
mento c

pate est hujus mali prima labes : ergo venæ sectione & purgatione vacuandus maleficus humor est ; atque ad partem affectam veniendum : à qua est profligandum symptoma illud , sive inflammatio aut tumor , aut dolor : tandem siccantibus est perficienda curatio , ut Galenus vult libro secundo τῶν τῶν.

Curationis methodus , si os corruptum fuerit ] Ossis corruptio si oculis perspicui potest , est certissima , ut ait Celsus lib. 8. cap. 2. Verùm si oculis hæc non detur occasio , conjecturis est deprehendenda. ut si multi dies abierint , & non coalescat ulcus : nunquam enim osse vitiato coalescet , ut docuit Galenus libro de Usu partium , & in principio libri de Ossibus : ex quo loco causam petat lector. aut si tecum expendere , num ex puris generatione , vel retentione os vitium aliquot contraxerit : præterea num ex ulcere tenuius copiosiusque pus manet , quàm ulceris magnitudo postulet. vide Galenum 3. de Fracturis , de osse quod abcessurum erat.

Oportet cranium manifestare ] Nisi venæ , aut arteriæ , aut nervi id prohibeant : alioqui facilis est hujusmodi curatio , & minus dolorosa , ut ait Celsus lib. 8. cap. 2. Verùm si ea parte os alteretur , quo dilatari non possit ulcus , sic ut vitiatum & corruptum os detegatur , tunc vel penicillis in fundum usque demissis , aut spongia vino lota , vel medicamento carnem exedente ulcus ampliabimus.

Ponatur vitrioli Romani] Advertendum est, ante horum medicamentorum appositionem, corpus esse vacuandum, illudque semper agendum, ne ulcus inflammatione corripiatur.

Quo denigrato procuranda est] Non in omni ossis alteratione hæc procuranda nigrities est: nam hoc esset malum malo addere; omne enim os, quod absque carie sit alteratum, scalpello abradere satis est, ut Paulus ait lib. 6. cap. 77. Quod quidem tamdiu abradis, donec aliquid sanguinis appareat; quia quod vitiatum est, aridum sit necesse est, ut Celsus ait. advertat itaque diligens lector, auctorem nostrum de eorum ossium alteratione mentionem facere, quæ corruptionem adjunctam habent: quod totum profecto excidendum est, (artificio hoc capite tradito, aut alio simili) ut auctor est Paulus libro sexto capite de Fistula.

Ex vitello ovi & oleo rosaceo] Mirabitur fortassis aliquis, cur hanc miscellam capite de Vulneribus capitis damnarit; hic verò illam doceat. Tolletur hic scrupus, si utriusque diffinitiones perpendas: vulnus enim cum solum divisio sit continui, ad glutinari postulat; ulcus cum præterea saniem habeat, quæ concoqui debet & abstergi, meritò tale medicamentum flagitat quod utriusque est particeps facultatis.

Nota .